

& à producto numero auferenda 1. vt habeatur summa 6. terminorum 63. Addita rursus 1. multiplicandū aggregatum in se, & auferēda 1. ex numero producto, vt fiat summa 12. terminorum 4095. Tandem, addita rursus 1. multiplicandum aggregatum in se, & 1. subducenda ex numero procreato, vt exurgat summa 24. terminorum 16777215. Non ergo ridendus esset, qui bellicosum equum, qui in pedibus habet 24. clauos, ita venderet, vt ei pro primo clauo soluatur 1. quatr. pro secundo 2. pro tertio 4. pro quarto 8. &c. Nam reciperet pro equo 16777215. quatr. qui conficiūt 41943 $\frac{2}{5}$. aur. pro quo pretio vnusquisq; libenter suū equū daret. Hæc pauca de progressionibus dicta sint satis. Multo enim plura de eisdem scribemus in pleniore nostra Arithmetica.

metricæ
pportio-
nis duplę
ab 1. inci-
pientis.

Quanti
constet
equus ha-
bens 24.
clauos in
pedibus,
si ita ven-
datur, vt
detur 1.
quatr. p
primo
clauo, &
2. p secū-
do & 4.
p tertio,
&c.

EXTRACTIO RADICIS

QVADRATAE.

CAP. XXVI.

NVmerus quadratus dicitur, qui ex aliquo numero in seipsum multiplicato producit. qualis est 4. qui ex multiplicatione numeri 2. in seipsum gignitur. Item 9. cū ex 3. in se producat. Item 2209. quia generatur ex multiplicatione 47. in se, &c. Vnitas quoque ab Arithmetiis numerus quadratus, licet improprie, appellatur, propterea quod ex 1. in se producat. Numerus autem, qui in se multiplicatus, producit quadra-

Quadrat^o
numerus
quid.